Fragmenta Sone: Tridentin: contra Confessionem Augustanam.

Principium huius libelli habes infra pag. 93. Incipit: In quantab

parum potentiam, uera, et pura primitiuæ Ecclesiæ doctrina in multis principalib. et maxime necessijs articulis obscurata fuit, expresso uerbo Dei, & re opponere labant? An ne potius coram Deo, et &c Christo ab obligati sunt diuinis propheticis, et Apostolicis scriptis locum dare, atq. ipsis in hac tam graui controuersia cautæ dictionem, atq. sententiam committere, nobisq. et Ecclesijs nostris cauis. quos erroris alicuius ex uerbo Dei nos convincerint (quod tamen nullo unquã tempore facere potuerunt) pœnæ debitum: Pugnare uero omnibus in Ecclesiæ historia uersatis notissimum est quando Christus nauim ingreditur statim tempestates insurgere. Ad hanc Ecclesiã Christiana ab ipso mundi exordio, nunquam à persecutione libera fuit et immunis, temporq. iuxta triticum multum Zizaniæ exortum fuisse. Quorum tamen nihil tyrones doctrinæ, ad communi Christianj nominis hostis qui sine intermissione insidiatur caleamo Christi, et ijs diuique, qui manifestam uoluntatem contra conscientiam prosequuntur nunq. ei locum dare uolunt adscribi debebit. Ita n. et Elias Propheta suis temporibus cum omnium malorum culpa in ipsum reijceretur se ea excusauit. Et nos una cum ipso contra Papam, et eius dispensores uere dicere possumus. Non ego turbo Israel, sed tu, et domus Patris tui, eo q omiseris præceptum Dei, et secutus es Balaam.

Postrema uero in eo non parum nos consolari posse confidimus, quod nihil sciamus Maiores nostri et nos ipsi tempor cum omni Christiana æquitate ad iustam, et impartialem cognitionem nos obtulerimus, in quo supremam potestatem, et magistratum quoad eius fieri ulla ratione potuit honorauimus, et præstitimus, uti similiter etiam Doctores, et Theologi nostri iure de re glossiali possint, in ipsorum scriptis plus honoris, atq. reuerentiæ supremo Magistratui q ab ullo aduersariorum nostrorum unquã factum sit, habitum esse. Neque profecto dubium ulli esse potest, niti misericors Deus tam salutaris lucis radios postremis, et afflictis temporibus accendisset, Pontificiam potestatem tandem paulatim ea incrementa comparaturam sibi, atq. eo progressuram fuisse, ut demum nulla legitima potestas uel magistratus se contra ipsos ipsorumq. Tyrannidem mouere ausus fuisset, quemadmodum ante 80. et eo amplius annos, si quis paulo altius respicere, et superiora tempora considerare uoluerit, non multum ab eo abfuisse constat.

Neq. nos admodum molestos habet quamuis plurimos. aduersarios nostros ita ratiocinari intelligamus, quasi emergentibus ut passim hinc inde sectis atq. conspirationibus, fore uti doctrina nostra paulatim decrescat, atq. succumbat. cum certo nobis ex Dei uerbo constet, id quod ex Deo est, manturum esse, ac ualde nostra quidem sententia, decipiuntur illi qui Optimam hanc contra nos in sectis et conspirationibus fundare uoluerunt. Cum quanto plures illorum emerserint, eo maiori in discrimine, non nos tm id ipsos etiam esse futuros constet. ac satius profecto fuit totiq. Christiano orbi utilius uti uoluntatem agnoscerent, et una nobiscum de Christiana aliqua reformatione cogitarent. Quæ de re multo saepe frequentius nobiscum quam cum sectis, si fortassis illæ casu aliquo (quod tamen diuina gratia auertere dignetur) per hanc obstinatam duritiem illorum prævalere experiri, tractaturos esse confidimus. Quæ quidem ideo solum paulo explicatius prosequi uoluimus, uti Alt. Vræ summam istius huius negotij